



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Conuersationes periculosæ, & sermones in honesti ac scurriles, vitandi, &  
oscula & choræ. Gap. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

## CAPVT DECIMVM TERTIVM.

*Conuersationes periculosa, & sermones in-  
honesti ac scurriles vitandi, & oscula, &  
chorea.*

177. **S**exta via dicens ad malū, & vitanda volenti singredi Religionē ac declinandi à malo, est, omnis conuerterit periculosa cum personis etiam non malis, vel quae non videntur male. Periculosa illam esse censeo (vti etiam omnes censem prudentes & pii) quæ eti non repente, saltem sensim & pederentim, disponit ad magna mala & peccata mortalia, per res quæ videntur primo aspectu non malæ, sed indifferentes, & palliatæ vel more recepto patriæ, vel consuetudine bonorum hominum, vel specie quadam urbanitatis & humanitatis. Tales res sunt, colloquia longiuscula cum fœminis, choreæ, oscula fœminarum, tactus manuum, præsertim diuturni, computationes in popinis, ludus alearum & chartarum, & his similia, nullo malo, & in honesto fine ac modo, sed prætextu humanitatis instituta. Dico, tales actiones periculissimas esse, ac proinde vitandas, volenti ingredi religionem, ne ante ingressum, virtutis & salutis naufragium, adhuc ante portum, patiatur. Periculosa esse, imò perniciose, heu quotidiani lapsus multorum declarant. Scient bene malo suo, qui res huiusmodi non declinarunt, nec declinant. Hinc enim oriuntur lasciva desideria, impuri consensus, turpia verba, obscena colloquia, & actus nefandi, & consuetudo impure viuendi. Item rixæ, mendacia, peruria, blasphemie in ludis aleatum & chartarum. Quocirca haec omnia cum via sint ad malum, & via multorum peccatorum orbitas habens, declinanda est, qui vult declinare à malo & ingredi Religionem.

Et quidem oscula, eti per se non sint mala, & olim in usu fuerint veteris Ecclesiæ puro animo adhibita, quando malitia nondum adoleverat, nunc tamen, nimis corrupto hoc seculo periculissima sunt. Ideo meritò S. Eucherius ex Cicerone appellat osculum arrham peccati, adiutque etiam esse morsum diaboli. Quocirca S. Basilii Ethnicorum autoritate, Formosum, inquit, oscula cauere oportet, non leuis quam animantium venenorum morsus. Diffunditur enim venenum ex osculo per omne corpus. Et Socrates, vt scribit Xenophon, Pulchrorum oscula & obtutus vitare penitus iubebat, repose que petus, & scorpionibus & phalangis venenum infundant. Ideò vt refert S. Isidorus Pelusiota, Cum Socrates quandam formosum adolescenti osculum fugientem confexisset, hic, inquit, facile gladiatorum cupidibus innataret, arque in ignem inflaret: qui scilicet tantum in se ipso incendium per osculum incitare minimè dubitauit. Quod tanto magis masculis, præsertim adolescenti-

bus cauendum est: quia illi magis quam fœminæ proclives sunt ad venerem, & illorum virginitas, vt obseruauit Tertullianus, est laborio-

l. de ve-  
land. virg.  
cap. 10.

Colloquia etiam, (præsertim longa & clandestina) cum mulieribus periculissima sunt.

Nam vt ait S. Chrysostomus, Et oris decor, & mo- l. 6. de Sa-  
tuum exquisita molles, & incessus affectatum stu- cerd. ini-  
diuum, & vocis confractio, & oculorum & malarum  
pigmenta, & cincinnorum compositiones, & capilli-  
tij timetra, & vestium sumptuosarum auratarumque  
diversitas & gemmarum pulchritudo, & vnguentorum  
fragrantia, & cetera omnia quæ malicie genus  
affectare solet, talia sunt, quæ animam commouere pos-  
sunt; nisi is continentia austritate occalluerit. Hoc  
lib. 6. de  
sensu, inquit Theophilus Raynaudus præter virt. &  
altos pronunciatus est sapientissime à Sapiente. vit. sect. 2.  
Meliorum esse iniquitatem viri, quam mulierem bene- c. 7. n. 14.  
facientem: id est, tutius esse & castitati minus pe- Hier. ep.  
riculosum, versari cum viro, tametsi inquinato 47. Chr.  
& moribus depravatis, quam cum muliere bona & optima. Ideo hanc rem SS. Patres vehe- hom. de  
gul. cum  
menter veterant. Quoniam enim modo, inquit S. fœmin. &  
Nazianzenus orat. 44. aliena (fœmina) facile huic S. cont.  
saluti erit quem (Adamum) sua perdidit? (Eua) In concub. & S. contr.  
colloquiis enim, præsertim longiusculis, & mul- facet. An-  
tò magis in remotis ab aliorum aspectu, inter-  
cedere solent & verba mollia ac fracta, & aspe- hom. 17.  
tus curiosi & fixi, illecebra grauissimorum & 18.  
malorum. Nam si mulier, inquit S. Chrysosto- Nysl. 1. de  
mus fortuitæ in foro obvia, & neglectius culta, saepe virginit.  
numero curiosus intuentem cepit ipso vultus aspectu, Ephr. t. 1.  
isti, qui non simpliciter neque fortuitæ, sed studio, & de abstin.  
tanto studio, vt Ecclesiæ quoque contemnant, & hac à con. gratia pergunt illuc, ac totum ibi desident diem (vel pericul. &  
partem aliquam diei) in facies fœminarum illarum improbas  
desivos habent oculos, quæ fronte poterunt dicere, quod mulieres  
eas non viderint ad concupiscentium vbi verba quoque Chr. hom.  
accidunt fracta lasciuia: vbi cantiones meretricie; 3. de D a-  
vbi voces rebementer ad voluptatem incitantes; vbi sli- uid. &  
bio picti oculi; vbi coloribus tincta gena; vbi totius cor-  
poris habitus, furorum impostura plenus est; aliaque in-  
super multa lenocina ad fallendos infandoque in-  
tuentes instructæ. Accedunt hic irritamenta per fistulas, ac tibias (vel alia instrumenta musica) aliaque  
huius generis modulatio, in fraudem illiciens, mentisq.  
robur emolliens, ac meretricum insidio declinatione  
preparans illic desidentium animos, efficiensque vi fa-  
cilius capiantur. Etenim si hic, (in templo) vbi Psal-  
mi, vbi diuinorum verborum enarratio, vbi Dei metus  
multaque reverentia, frequenter ceu latro quispiam  
versus tam obrepit concupiscentia, quomodo qui  
desiderat in theatro (in popinis, in continuis pe-  
tulancis plenis) qui nihil sani neque audiunt, neque  
vident, qui vnde obſidionem patiuntur per aures, per  
oculos, possint illam superare concupiscentiam? Fu-  
gienda sunt itaque talia colloquia iis qui ad sta-  
tum Religiosum aspirant, & omnis periculosa  
conuersatio vitanda.

Vt autem miro exemplo hanc rem persuadet

178.

deam iuuenibus qui nondum haec mala suodamno experti sunt adferam valde bene ponderandum exemplum quod de se narrat S. Teresia Virgo innocentissima, in vita se scripta: in qua refert se vidisse Deo ipso reuelante, preparatum sibi in inferno locum. Ponderemus hoc. *Ih* primus certum est. S. Teresiam nunquam tota vita sua commisit peccatum mortale, sed concessisse in uiolatam gratiam baptismalem: quia id de ea scribit eius Confessorius Didacus Iepesius Archiepiscopus Turianensis in altera eius vita. *Secundus*, certum est. S. Teresiam non fuisse obnoxiam peccatis, quae liberae feminæ committere solent, rixis, murmurationibus, detractionibus, garrulitatibus, & his similibus, & in materia castitatis se nil vnguam admisisse, quod materia confessionis esse posset, ut ipsa met hoc de se scribit. *Tertius* certum est, illius animam ab impuris cogitationibus castitati contrariis, ita fuisse alienam & mundam, ut alter eius Confessorius est Societas nostra P. Rodericus Aluarez (diuersus à P. Balthazare Aluarez) ostensis suis perspicilis vitreis, coram aliis dixerit: *sicut est impossibile, ut huc intret mala cogitatio, ita erat anima Teresia beneficio specialis diuina gratia*, ut testis est in eius vita idem Archiepiscopus Turianensis. Cur ergo Deus ostendit pro illa locum in inferno paratum, si præuidit eam morituram in gratia baptismali integrâ, nullo peccato mortali contaminatam, cum ob solum peccatum mortale damnentur homines ad penas æternas inferni?

*Respondet ad hoc dubium defensor illius innocentiae noster P. Franciscus Ribera, in eius vita pulcherrima & digna lectu (quam primus conscripsit) in Apologia quadam quæ est eius vita adiuncta, & ait, fuisse conuersationem S. Teresie, talem, vt, si eam cum personis quibusdam secularibus continuasset, delapsa fuisse ex illa conuersatione eti non inhonestæ nec primo intuitu mala, ad peccata mortalia, & in illis fuisse mortua, atque ita damnata. Ideo ipsam potesta describens hunc suum errorem, scilicet parui faciendo quædam peccata venialia, quæ admittebat in illa conuersatione, & quæ quidam rudes Confessarij ei dicebant non esse peccata, sic in sua vita scribit de se ipso: Mansi in hac caritate credo plus quam septendecim annis, donec quidam Pater Dominus, canus, valde doctus, mihi aperuit oculos in aliquibus rebus; & illi ex Societate Iesu, totaliter nubi incasserunt tantum timorem, aggranando adeo mala mea principia. Si ergo S. Teresia nullo vnguam peccato mortali coinqnata, nulla impurâ cogitatione vnguam infestata, ac proinde nullis fœdis temptationibus impugnata, per conuersationem ex se non malam, choreis, lusibus alearum aut chartarum, aut tabulis manuum, aut curiosis aspectibus alterius sexus hominum, oculis urbanis, non maculata, si in ea conuersatione durasset, iuisset Dei*

iudicio ad infernum, quis erit tam vecors & sua anima non amans, qui cum expertus sit, se prolapsum sepius in peccata mortalia, vel saltet in obnoxium temptationibus impuris & iracundis, velit tales conuersationes inrequa-  
les suprà dixi vitandas esse, non tantum volenti ingredi Religionem, sed multò magis volenti vivere in seculari statu, & in eo moriri?

Choreæ quoque ac saltationes vitandas sunt ab omnibus, sed maximè ab iis, qui de statu Religiosis amplectendo cogitant. Quia ut S. Basilius præmonuit: *Viri ac femine communes confi-*

*hom.de  
ebriet.&  
luxu.*

*tuentes choros, maloque demoni miserias tradentes: animas, se se inuicem libidinum telis confodunt, atque lacrarent: visus inter se bis trionicos, cantu probrofios, meretrices gestus ad libidinem inuitantes, exercent. Ridet, dic mibi, & gaudest stolidaque letitias, cum lachrymas fundere, ac dolere ob ea que admisisti, opus erat. Cantus profanos exercet, oblitus Psalmorum & hymnorum, quos didicisti. Mores pedes, & insanus saltus, choreas ducas impudens, cum genua ad Dei & Domini nostri Iesu Christi cultum flectere oporteat. Si fortuiti occursum, iti qui obiter mulierculam inspexerunt, tantum parvum periculi, quandam magis fuerit,*

*cum de industria congregantur, cum dedita operâ mulieres in ebrietate & coniuvio, omni lasciuo gestu, saltatione, cantu impudico, ad libidinem effrenes iuuenes inuitantes spectantur. Quid dicunt, aut quid causantur ex his spectaculis (coniuictis, popinis) vbi tot mala congregantur? Nonne ob voluntatem se, ac ad excitandam concupiscentiam, spectare? Itaque inexcusabilis lasciuia panas, apud iustum Dei iudicium quandoque dabunt. Debet bone conscientie mentis efflatitia, inquit S. Ambrosius, non inconditio commissationibus, non inplacib⁹ excitata symphonii. Ibi enim inuita verecundia, illecebra suspecta est, vbi comes deliciarum est, extrema saltatio: Quid enim ibi verecundia potest esse, vbi saltatur, strepitatur, concrepatur? Vbi rott. II. de vita ludicris christi no fu-  
gient.*

*(vt ait S. Ephraem) cithare ac chorū & plausus manus, ibi viorū tenere, & mulierum perditio, Angelorum tristitia & diaboli festum. O improbum dia-  
boli consilium! Hodie psallunt ex ordinatione Dei, & et studiosè chœreis incumbunt, iuxta doctrinam sa-  
thanae. Noli hodie psallere cum Angelis, & crastino die in tripudiis esse cum demonibus. Noli hodie sacras le-  
ctiones audire, tanquam Christi dilectum auditor, ac etas cui haris intentus esse, vt praetorator Christi & inimicus. Noli hodie ponitere de peccatis & cras in perditionem tuam saltare in chœreis. Vbi saltus laetitiae, inquit S. Chrysostomus, ibi diabolus certè adest: hom. 49. Non enim ad tripudiis pèdes vobis tribuit Deus, sed ut in March modeſtè incedamus, non ut impudenter camelorum more saltamus. Quod si corpus deformè fit impudenter saltando, quanid magis animam fœdari credendum est?*

*Sextima via ducens ad peccata mortalia, est sermo iocosis & turpiter leuulis & facetus, ex quo facilis est progressio ad colloquia valde obscena, & deinde ad nefaria scelera perpetrandam. De talibus iocis & risu tale est iudicium est:*

S. Chry-

179.

S.Chrysostomi: Consideramus, inquit, si nimis  
quidam ac importune risit, reprobens est à quopiam,  
Respondet alius, nihil esse id mali. Quid enim est risus  
aut quid inquam mali ex risu sequitur? Orta tamen est  
ex immoderata paulisper risu surrisitas, à surrisitate  
turpiloquum: à turpiloquio operatio turpis profecta  
est. Nam inter turpia & dedecora se ridemus, ait Sal-  
utianus, sceleris committimus, & quidem sceleris non  
minima, sed ob hoc ipsum penaliora, quia cum videan-  
tur specie esse parus, rebus sunt exitiosis pestilensissima.  
Quotidiana prò dolor experientia comprobat à  
talibus sermonibus multos prolabi ad turpia  
facinora. Ideo merito Sidonius Apollinaris  
commendavit quandam, Quod castitatis affectu  
contubernia fugerit impudica preferim quibus nihil  
penis, nihil sancti est in appetendis, garrisque tur-  
pidibus: quique, quod verbis inuerecundis aurum  
publicarum reverentiam incessant, granditer sibi vi-  
duntur facitari. Quocirca Aristoteles suo & alio-  
rum iudicio monuit, Omnid obscenitatem verbo-  
rum exterminandam esse ex Civitate: ex turpiter enim  
loquendi licentia, sequitur turpe facere. Seruandum  
est ergo monitum S. Asterij: Et auribus sua leges  
sunt, sue cautions. Ad sanos enim sandosque sermones  
mulinare & patet facere eas oportet, ac per istos quasi tu-  
bos ad animam bona dicta transmittere. At si quis vi-  
tiorum affecta, pestilensque & perniciosa homo pro-  
pius accedit, vt peccati carum per aures infundat; vi-  
tandus ille & fugiendus non alter, quam genus illud  
serarum, quod toxicum etiatur.

## CAPV D E C I M V M Q V A R T V M.

Ingressurus Religionem non petat consilium  
acognitis: non differat ingressum: non  
abiciat Dei vocationem: bono fine in-  
grediatur; peccatis grauibus tunc abssi-  
neat: bona temporalia ante ingressum  
non diffiper.

C Vm Religiosus status is sit, in quo Christo  
cinitante, eum sequuntur illi, qui mundum  
relinquent, & hęc sequela, vt ait S.Hieronymus,  
sit relatio malis, facere bona. Cùm supra dictum  
sit, quibus modis relinqua fiant mala, seu de-  
clinandum à malo, vt ait David, nunc viden-  
dum est, quid sit facere bona, quod diximus de-  
bet esse cordi ei, qui se preparat ad ingressum  
in Religionem, vt & cuius Religioso. Hoc S.  
Ambrosius indicat quid sit: Christus inquit, est  
finis omnium qui pia mente posimus, in omnibus tibi  
sequendum est. Ad quem igitur contendas, nisi ad perse-  
ptionem omnem summamque virtutum? Et idē tibi  
dici: Veni sequere me, hoc est, vt ad consummationem  
virtutū peruenire merearis. Ergo qui sequitur Christū,  
cum pro possibilitate sua debet imitari, vt precepta eius  
seam ipse medetur, & diuinorum exempla factorum.

Sed ad particularia deueniendum est, quibus  
modis is qui interior sentit inspirationes ad in-  
gressum in Religionem, debeat sequi Christū,  
& se gerere, antequam ingrediatur Religionē.

Primus modus est, Ne petat consilia à sanguine  
iunctis & similibus personis, carni & mundo  
addictis, sed propter causas supradictas tan-  
quam diuinam vocationem accepte. Quantos  
mundi sapientia maledicta supplantat, inquit S.Ber-  
nardus, & conceptum in eis exigit Spiritum, quem  
voluerat Dominus vehementer accende. Noli, in-  
quietus amici, precipitanter agere, diu considera, dilig-  
entius inuere: magnum est quod proponis, & opus  
habens multi deliberatione. Experire quid poscas, ami-  
cos consule, ne post factum te penitere contingat. Hac  
sapientia mundi terrena, animalis, diabolica, inimica  
salutis, suffocatrix vita, mater tepiditatis, qua solet Deo  
vomitum provocare. Cae tibi ait. Ut quid enim? Cam  
à Deo verbum esse non dubitas, quid opus est delibera-  
tione: vocat magni consilii Angelus: quid aliena consilia  
præstolaris: quis enim fidetior, quisue sapientior illorū: De-  
duc me Domine & deduc: fortior esto & innaleste.  
Nouī ego quanam sint, que oportet fieri cito. Ab condicione  
ignem in finu meo, & exusto iam latere, iam nudatus  
visceribus, iam sanie desflente, diu miseri deliberandum  
est an expurgescar, an excutiā, an abiciā illum? A-  
micos consulat, qui non legit, inimici homini domestici  
eius. Quocirca S.Thomas fusē ex S.Scriptura &  
SS.Patribus probans, non esse petenda consilia, Opusc.17.  
dum quis vocatur à Deo ad Religionem, sive contra-  
vocetur exteriori, vt Apostoli, sive interiori, vt trah. ab  
alij, & afferens non esse diu deliberandum de  
hoc, sed statim executioni mandandam diui-  
nam vocationem, id quoque confimat autho-  
ritate Aristotelis, afferentis, De his qui à Deo mo-  
uentur, consiliari non expedit eis. Habent enim princi-  
pium tale ( mouens animam & rationem ) quod  
melius est intellectu & consilio: scilicet Deum: Et  
subdit S.Docktor: Erabeat igitur, qui se dicit Ca-  
tholicum, diuinus inspiratos ad humana transmittens  
consilia, quibus eos Philosophus ethnicus afferit non  
egere. Et suprà dixerat: Spiritus S.reuelat non solum  
docendo quid homo debet loqui, sed etiam saggerendo,  
quid homo debeat facere, vt dicitur Ioan.14. Cum igitur  
homo instinctu Spiritus S. mouetur ad Religionis  
ingressum, non est ei differentium, vt humana requi-  
rat consilium, sed statim homo imperum Spiritus S. fe- Hier.ep.  
qui debet. Quod si ipsi parentes disfluadent in ad Helio-  
Religionem ingressum, in modo vetent, obedire eis dor. Amb.  
non tenetur, vt cum S. Hieronymo docent alij  
SS.Patres & Theologi. Immo ipsi ethnici. Hinc Aug.ep.  
Hierocles ad 4. Pythagoræ: Majoribus, inquit, 33.  
bonis propositis, maiora minoribus præferri oportet, Chrysost.  
quando virumque seruare non licet. Vt honestum qui-  
dem est obediens Deo, honestum & parentibus, si vtrum-  
que præceptum & suadela, ad hoc tendit, firmum erit, hom.37.  
& lucro adscribemus. Sed si ad aliud nos ducat diuina in Euang.  
lex, ad aliud nos ferant præcepta parentum, in hac vo- Sanchez  
luntatum diversitate, Deum præferri semper oportebit. 1.4. in De-  
cal. c.20.  
In iis solū parentibus non obtemperantes, in quibus & ibi ci-  
p̄si diuinis legibus non obedierunt. Exempla eorum  
qui iniusti parentibus ethnici ad vitam philoso- 1.4. de ab-  
phicā conuolarunt, habet ethnicus Porphyrius. stia.

181.

S.Ecce  
nos reli-  
quimus  
omnia.

E crastin-

182.